



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

94. De furibus & latronibus deprehensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Vide lib. 6.
Capitular. c.
o. & lib. 7.
344.

ferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Similiter & de his placuit fieri qui pro sceleribus puniuntur.

De his qui in patibulo suspenduntur. *Ex Concilio Mogontiensi.*

Concil. Mogunt. sub Rhab. c. 27. Burchard. lib. 11. c. 76.

X C I I I. Quæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & Missæ celebrandæ, an non. Quibus respondemus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus & dignè pœnitentibus communio in fine secundùm canonum iustum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis extremam pœnam persolvunt? Scriptum est enim: *Non iudicat Dominus bis in idipsum.*

De furibus & latronibus deprehensis. *Ex Concilio Triburienfi.*

Concil. Tribur. c. 31. Burchard. lib. 11. c. 59. & apud Grat. 13. q. 2. c. 31.

X C I V. Fures & latrones si in furando & prædando occidantur, visum est pro eis non orandum: si comprehensi aut vulnerati, Presbytero vel Diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.